



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Circunstantiæ quinque in canonicarum horarum celebrationis omissione
considerandæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

mors violenta occulte imminens cogit proximum ut
occurrat si potest.

*Circumstantiae quinque in canonicarum
horarum celebrationis omis-
sione consideranda.*

Orarum canonistarum omissio exigit ad sui dis-
cretionem peccati, ut tractentur quinque: scilicet
qui, quid, qualiter, quando, ubi. Et quantum ad pri-
mum (qui, s. teneantur ad horas canonicas) quamvis
ex præcepto in iure contento soli presbyteri expressi
inueniantur: communiter tamen tenentur, quod qui-
cunque in sacro ordine constitutus absque rationa-
bili causa (quæ semper subintelligitur) omittit, peccat
mortaliter. Et similiter beneficiati, siue sint in sacris
siue non, obligati dicuntur. In his tamen exceptio ra-
tionabilis videtur, ut scilicet excipient nihil percipi-
entes de fructibus beneficii: ita tamen quod ex par-
te sua non desit percipere fructus: quia cessat ratio
obligationis, tenetur enim beneficiatus ad officium
diuinum, quia stipendium habet Ecclesiasticum. Et
secundū hoc beneficiatus non appellatur quis quan-
tum ad vinculum diuinī officii si non potest habere
possessionem ac fructus beneficii, nisi fructus ei post-
modum dandi sint: quia tunc constat beneficium ei
fructificare, quamvis actualis perceptio fructuum pro-
tunc sit impedita. Dicitur & tertio obligati religiosi
professi. Et certè nisi consuetudo illos obliget (de qua
nihil scio) non tenentur ex professione: ut patet ex
hoc quod monachorum ordo contra regulares cleri-
cos distinguitur, ex eo quod isti diuinis ministeriis ho-
rarum canonistarum & missarum mancipati sunt,
illi ad contemplationē abstrahēdo ab huiusmodi di-
uinis ministeriis. Hinc enim patet esse professos mo-
nachos in Dei Ecclesia absque horis canonicas. Vide

V 5

si vis

316 Horæ canonicae.

Si vis S. Thom. in vlt. q. secunda secundæ. art. vii. ad secundum. & Hier. xvi. q. i. cap. alia. & cap. sic vitæ. & ea. si. clericatus. Vnde nec conuersi: quia ad seruitia clericorum in religionibus recipiuntur, nec professi in habitu clericali donec in sacris sint constituti, tenentur ex iure aut ratione ad horas canonicas. Vi-
etus nanque religiosis debetur ex eo quod totaliter Deo dicati in illa religionis obedientia sunt, non minus quam debetur a temporalibus dominis & hospitalibus victus illis qui eis per totam vitam in ministerium adscripti sunt. Et de professis clericis, ut dixi, ita consuetudini: de conuersis non dubites. Tertia, nos verò & similes longè ab hoc vinculo esse scito: quia modus tantum quidam viuendi est eorum vocata religiositas.

Nec propterea de conuersis & tertianis fluctues quia in eorum regula seu statutis decernuntur illis quædam orationes pro horis canonicas: quoniam hinc sit quidem ut teneantur ad illas orationes sicut ad alia mandata regulæ, non autem ut teneantur ex Ecclesiæ præcepto ad horas canonicas. Hæc de primo.

Horæ canonicae sunt iuxta Ecclesiæ propriæ ritum celebrandæ, & de iure septem sunt.

Vo ad secundum (scilicet quid dicere tenentur) ex iure quidem solum inueniuntur septem horæ canonicae præceptæ. Ex consuetudine autem quilibet debet iuxta suæ Ecclesiæ, seu religionis consuetudinem id dicere pro horis quod ibi confuerit pro horis diei. Et idem reputatur iudicium de adjunctis, siue suffragiis, siue psalmis, siue horis beatæ virginis &c. Discernendo tamen consuetudinem habentem unum præcepti, à consuetudine simplici: ita quod con-
suetæ